



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

69. Didrachma pro Christo & Petro soluitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

| S. Matthæus | S. Marcus | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|--------------|
| <p>transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem & ieiuniam. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occidetur, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. * 69.</p> | <p>volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, ut eum perderet, sed siquid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus currentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne intro eas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, Quia mortuus est, Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum, Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prætergredebantur Galilæam: nec volebat quendam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occidetur, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. * 70.</p> | <p>omnibus quemirantibus, quæ faciebat. dixit ad discipulos suos, Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, filius enim hominis futurus est ut tradatur in manus hominum, At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, ut non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. * 70.</p> | |

C A P. 69. Didrachma pro Christo & Petro Soluitur. Matth. 17. * 68.

| S. Marcus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|--|------------|-----------|--------------|
| <p>ET cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit didrachma? Ait, Etiam.</p> | | | |

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

Et cū intrasset in domū, præuenit eū Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributū vel cēsum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij Vt autē nō scādalizemus eos vade ad mare, & mitte hamū: et eum piscem qui primus ascēderit tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. * 70.

Cap. 70. Discipulis de principatu inter se susceptantibus, Christus humilitatem & animi demissionem docet. Matth. 18. * 60. Mar. 9. * 68. Luc. 9. * 68.

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas

S. Iohannes.

Nilla hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulū, statuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulam talem in nomine meo, me suscipit. * 72.

ET venerūt Capharnaū. Qui cū domi esset, interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. siquidē in via inter se disputauerāt, quis eorū maior esset. Et residens vocauit duodecim, & ait illis, Si quis vult prim⁹ esse, erit oīm nouissimus, & oīm minister. Et accipiens puerū, statuit eū in medio eorū. quem cū complexus esset, ait illis, Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo recepit, & quicumque me susceperit, nō me suscipit, sed eum qui misit me. * 71.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis, Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. & quicumque me receperit, recipite eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. * 71.

N 3 Cap.